

## Dativus összetett igék mellett

- Deus, **adesto** supplicantibus!
- Quis huic exercitui **praeest**?
- Etiam pater meus illi pugnae **interfuit**.
- Romani saepe bellum **inferebant** finitimis.
- Pater amici mei urbi **praefectus** est.
- Frater meus omnibus condiscipulis **praestat**.
- Nemo militibus nostris **subvenit**.
- Nonnulli tantum milites duci **supererant**.
- Pecuniam amicitiae **praeponere** turpe est.
- Mors honesta **praestat** vitae turpi.
- Mater mea huic familiae saepe **succurrit**.
- Virtutem divitiis nunquam **postpone**!
- Etiam in periculo amicis meis **adero**.
- Semper te aliis condiscipulis meis **anteponebam**.
- Heri in via **occurri** magistro tuo.
- Hic puer non est aliis **postponendus**.

## Dativus finalis

- Hoc factum tibi **laudi** est.
- Divitiae hominibus non semper **usui** sunt.
- Paupertatem nemini **vicio** verte!
- Dux quingentos milites urbi **praesidio** reliquit.
- Venite nobis **auxilio**!
- Ignavia nemini **decori** est.
- Hic puer condiscipulis suis **exemplo** est.
- Socii Romanis magnas copias **auxilio** miserunt.
- Aliquando lingua Latina etiam tibi **usui** erit.
- Quare hoc ei **vicio** vertisti (dedisti, tribuisti)?
- Pueri, scholae vestrae semper **gloriae** estote!
- Auxilium ei non **bono**, sed **damno** erat.
- Salus patriae omnibus civibus **curae** esto!
- Aliquando fortasse et ego patriae meae **gloriae** ero.
- Pigritla merito tibi **vicio** vertitur (datur, tribuitur).
- Virtutes hominibus **gloriae** sunt.
- Potestis-ne nobis multos milites **subsidio** mittere?
- Pauperes vobis semper **curae** sint!
- Quare mihi in periculo **auxilio** non venisti?
- Nemo hoc tibi **laudi** vertet (dabit, tribuet).